# *Celebris ad Clerum* Concio.

Iamdudùm *Cantabrigiæ* habita, toti Choro Eccleſiaſtico congrua, perinde vt concinnata, huiuſmodi titulo (iuxta Textum) expreſsè inſignienda; Gemina (ſcilicet) ſeu gemmoſa populi captandi ſagena; *dextrè ſatis à ſeptemplici ſua facie, & illuuie abſterſa.*

Per *Thomam Bankes*, Metaphoricè Piſcatorem, ſed verè Theologum, & merè Præconem Euangelicum.

LONDINI.

*Impreſſum per N. Okes.* 1611.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

# HONORATISSIMIS ET REVERENDISSIMIS IN CHRISTO PATRIBVS, DOMINIS SVIS BENIGNISSIMIS, GEORGIO, Prouidentia diuina selectissimo *Cantuariensi* Archiepiscopo, totius *Angliæ* Primati & Metropolitano: TOBIAE amplissimo con-fratri suo, senili, sensato, & sua saliua sapidissimo, *Eboracensi* Archiepiscopo, *Angliæ Primati & Metropolitano*, gratiam, misericordiam & pacem.

*SI LVCVBRATIONEM hanc literariam (illustrissimi patres, & primarij militantis Ecclesiæ præsides) theologiæ candidatos boni consuluisse nòn persensissem: si vel diutina compellantium aliquot Mecænatum efflagitatio (quorum minimè detrectanda est authoritas) eandem mihi perinuito nòn extudisset; vel si in vsum promiscuè Ec-*



*clesiastum,*

cleſiaſtum ſpes vberioris prouentus ex officina impreſſoria nullatenùs mihi affulſiſſet (ſupprimam enim cætera præ iſtis forſan minutiora) quibus de meipſo omnem Philodoxiæ culpam demoliar (quam mihi parum propitij intentarent Zoili) vnà (ingenuè fateor) cum eodem anhelatu quo effluxit, ſopita prorſum & ſepulta hæc Concio euanuiſſet, nec vnquam prælum ſubijſſet Typographicum. Cùm enim Naſutorum morſus præſagio ſycophanticos, & maleuolorum perflaturas mecum commẽtor calumnias, quibus obnoxij incedunt (quotquot triuiales, muſarum ſuarum primitias (πρωτογενεα tanquam literaria) Magnatibus in clientelam dicant) labaſco ſubinde fractior (ceu huiuſmodi prouinciæ impar) eoque nomine minùs intrepidè opellam hanc (quantulamcunque) in lucem (quaſi quandam in luxuriem) prorepere patior, quòd (bubonis inſtar, Philomelæ cantillantis, ſeu Graculi inter Muſas) infimus ego ſummis, & perpuſillus primarijs theologis obſtrepere, quo paulatim ſapiant, theologicum quiddam propinare, quo binas forſitan horas piè fallant, viam duplicem ſternere, cui pedatim inſiſtant, atque eandem, quam non grauatim amplexentur (citra pudorem) demandare videar. Pergitur autem multò alacriùs ad Typographum (binis hiſce remoris perpenſe excuſsis) dum minoribus eis maiores interueniunt cogitationes, mutuum (nimirum) (quantumuis minutiſsimum) cum Eccleſiæ iuuamen, tum benigniſsimum veſtrum & inexpugnabile patrocinium: Quorum alteri (ne plus æquo derogarem) occurrit illud peruetuſtum: ſæpe etiam eſt olitor valdè opportuna loquutus: alteri vero (ne nimium diffiderem) à Plinio mihi itur obuiàm, qui atte-

*atteſtatur perplurima (quia templis & ſatrapis conſecrantur) computari precioſa, alioquin non tanti futura. Hiſce columnis ſuffultus (ceu anchoris innixus) in tranquillo me eſſe ſuspicor; præſertim cum in hanc publicam obſeruantiæ meæ atteſtationẽ eiuſmodi vos irrefragabiles mihi patronos aſciuerim; quorũ Eccleſiaſtico regimine & ominoſo durãte gubernaculo ſub piẽtiſſimo, prudẽtiſſimo & potentiſſimo Rege* Iacobo, *perplures nobis Halcyonei dies illuceſcunt, qui vllo infortunio aut præcipitio ſubitaneo à ſua ſerenitate in eclypſim tenebricoſam (Deo auſpicante) nunquã vergent. Hæc mecum in animo ſollicitè recolens, munuſculum hoc theologicum, nominum veſtrorum auſpicio, non tàm perfricta fronte obtrudere, quàm dextrè concinnare, & demiſſè conſecrare ſtatui: quod etiamſi (præ ſua exilitate) perparùm & modicè reſpondeat Veſtrûm amplitudini, precij tamèn et valoris nòn nihil eidem afflaueritis, ſi (quo cãdore eſtis et excuſſis ad omnia ingenijs) illud (qualecunq; eſt) in gremium veſtrum (tanquã in aſylum quoddã) admiſeritis. Hùc accedit, quòd non ſolùm me clientẽ veſtrum omni cultu, obſequio, copulâ, et officio in perpetuum deuincietis, ſed ad rependendã gratitudinis vicẽ aliã, huic fortaſſe præuertendã (ſi voto potitus ſim) in poſterum expedietis: Interim verò, quò promouẽdæ dei gloriæ continuò incubetis, et conterraneorum ſaluti egregiè conſulatis, Deus optimus maximus diutiſſimè veſtras ſoſpitet reuerẽtias, atque omni cum honoris acceſſione, peregrinationis veſtræ periodum in annos Neſtorios protendat. Dat: Londini, 27. die Iunij,* 1611.

Ampliſſimis perſonis veſtris omni officio, obſeruantia & obſequio deuinctiſſimus.

Thomas Bankes.

Lucæ. cap.5.verſ.10.

*Ex hoc iam eris homines capiens.*

---

QVOTIES obuerſantur mihi ante oculos procellæ multiplices, & exitiales ſęcularis militiæ turbines, quibus promiſcuè omnes (dum in huius vitæ hoſpitio diuerſamur) obnoxiè exponimur: totiès obuiàm mihi venit perbella, perelegans, & prædiuina hæc Chriſti Metaphora, quâ *Petrum* etiamnum piſcatorem plebeium, intuitu marini miraculi mirè conſternatum, comi cum conſolatione, & conſolatoria cum comitate affatur (ſicuti retrò præfigitur.) Quis enim ornatior *Apelles*, magis graphicâ, ſeu politiori tabellâ aliàs delineare potuit fluxam & euanidam, tùm mundi, tùm mundanorum imaginem? præſertim cùm ſit tumultuantis maris inſtar (quoad locum) mundi machina, & fluitantis

tantis piſcis inſtar (quoad locatum) mundi incola. En iactat vnda, & iactatur nauta: en, mare fluctuat, & nauicula nutat, atque adeo periclitatur, cùm ad ſcopulos alliditur: en pius caſtæ religionis es profeſſorculus; nonne (tanquain piſciculus) internecioni obnoxius, littori impingêris? membratim alibi diſcerperis? deglutiêris alibi? Ceterùm ne exorbitem, ſeu ferar extra callem, protinus me conferã ad huius dialogiſini, & auguſtiſsimæ vocis Chriſti metam atque medullam: in cuius præludio primitùs (vti oportuit) *Petrum* penè exanimem, à pauore (& quaſi quadam ab ecſtaſi) vindicat; & ſuo ſubinde Petriolo, piſcatoriæ (quam ſuſtinet) perſonæ, perpulchram & fere præſentaneam pollicetur Chriſtus metamorphoſin: cuius Apoſtolicæ vocationis perbenigna pollicitatio, cùm ſit miraculi præeuntis enodatio quædã, & mera exegeſis, quòd (nimirùm) vti *Petrus* multiplices cinxit verriculo piſces, perinde verbo, & proprio exemplari ſuo perplures poſtmodum captaret homines; ad duplicem illam veritatis & virtutis ſcholam vobis propinandam, ſeu potiùs ad ſagenam duplicem illam piſcatoriam, verbum (ſcilicet) & vitam tam emuſcandam, quàm contexendam, quo dexteriùs cum Petro eatur ad capturam (deo auſpice) me (quàm poſſum neruoſiſsimè) iam accingam. Verùm nè (tanquã ſordidi ſues in roſas) nos irrueremus in has margaritas, néue eas illotis manibus in noxam noſtri contrectaremus, precibus caſtiſsimis Deũ præpotentem

tentem & ſummè propitium corrogemus, vt non duntaxat in ſui gloriam, & noſtri ſalutem cedat ſatis auſpicatò huius prouinciæ ſuſceptio, ſed vt omnes vbique gentium fideles tàm plebei, quàm ſatrapæ indefeſſè ſuos eòdem referant conatus, & eiuſmodi ſalutarem ſpiritus ſui adminiculo ſortiantur exitũ. Cum primis autem defæcatis animis cœleſte Numen inuocemus, vt in patrocinium & tutelam ſuam ſuſcipiat Eccleſiam ſparſim militantem; expreſſè verò, cùm hanc magnæ Britaniæ noſtram, tùm Hibernicam illã Eccleſiolam iamdudùm inquietatam, impetitam, & conquaſſatam: vt maieſtatem regiam vtriuſque Eccleſiæ à Rege ſuperno ſecundum caput & culmen, non modò contra hoſtium ferocientium inſultum, illibatam, illæſam, & ſoſpitem conſeruet, ſed lauro vſque & oleaſtro baſilicè coronet: Vt in omnium præcordia Primatum qui ſunt ex conſilijs ſuis intimis, omnis gratiæ & virtutis heroicæ rorem diſtillet; nominatim verò (ne debito deſim officio) Archiepiſcopum Cantuarienſem, ſelectiſſimum totius Angliæ Primatem & Metropolitanum, reuerendiſſimum & perbeneuolum mihi dominũ eatenùs ſpiritu ſuo illuminet, vt pio, pacifico, & expurgato Eccleſiæ gubernaculo indeſinenter incubare non grauetur: Vt deſuper inclytam vtramque Academiam, hanc Cantabrigienſem, Oxonienſem illam, tanquam duplicem ſalutaris aquæ fontem, ita foueat & fæcundet, vt præconijs Euangelicis, quaſi ſcatebris

ſuis, totius Nationis noſtræ circuitum irrigent & inundent: Vt illuſtriſſimum & honoratiſſimum virum *Robertum Cecilium*, Comitem Salisburienſem, totius Angliæ tàm theſaurum quam ſummum Theſaurarium, benigniſſimum Cantabrigienſis Academiæ Cancellarium diutiſſimè ſuſtentet, & ſoſpitet: Vt Procancellarium, virum ſelectiſſimum & ſeptiès reuerendum, vnà cum ſingulis confratibus ſuis ſummis Theologis, & quibuſcunque alijs ſeu authoritate aliqua inſignitis, ſeu priuatis popularibus, & plebeijs, ita cuſtodiat, & collumine t, vt non ridicule, rigide, aut remiſſè, ſed ritè ſuo fungantur munere: Vt incircumciſum os meum ſpiritus cœleſtis reſeret, quò nõ duntaxàt ſacris eloquijs aures veſtras compleam, ſed (eius appulſu) in intima cordis veſtri ita influam, vt ſana quæcunque documenta occurrunt inter concionandum, rectà tendant ad morum ſanctimoniam; horum cum omnium tum cæterorum (quotquot diuini nominis propagationi & animarum ſaluti inſeruiunt) vt ſimus tandem compotes, Patrem ſupernum per filium ſuum compellemus, iuxta priſtinam illam methodum, tenorẽ & formulam precandi perantiquam.

*Pater noſter, &c.*

*Prius captandi verricuſum vt puta ſacroſancti verbi præconium.*

Si (Chriſto authore auguſtiſſimo) ſacroſanctum Dei oraculum expreſſe adumbratur per verriculum, *Math. decimo tertio*; eiuſdemque Miniſterium ſi viuidè aſſimilat piſcaturam, *Hieremiæ decimo ſexto*: ſi ſit maris inſtar (iuxta *Ambroſium*)

Matth. 13. Hierem. 16.

*broſiũ*) quo fontes niuei in vitam ſalientes æternam, quo fluuij ſcaturiunt dulces, ſententiæ, & ſermones (ſicut faui mellis) qui auditores ſpirituali potu irrigent, & præceptorum moralium quadam ſuauitate mulceant: quî commodiùs (quæſo) quàm cum reti Euangelico, vel vbinam copioſiùs ad capturam, quàm in ſacræ Scripturæ pelago piſcari potuit quis *Petrus*, ſiue quis *Paulus* apoſtolus? Quo limpidiori fluuio ſitibunda corda inundare? quo penetrantiori vomere animorum teſqua perſulcare? quo ſalubriori fomento ingenia ſqualentia excolere? quo ſuauiori Nectare ſilueſtrem indolem perfundere? qua acutiori acie voluptatis fibras defalcare? quo ſolidiori baculo oues erraticas redigere? quo validiori tormento fanaticam perfidorum intemperiem, technas, & peruicaciam conuellere? quàue præſtantiori ſagenâ populum Dei inuoluere, ſeu captare poterant hij co-apoſtoli, quàm ipſiſſimâ (inquam) veritate Euãgelicâ? cuius nexibus quotuſquiſque cingitur, è cænoſa ignorationis voragine (qua contabuit) ad auram liberiorem, è ſordidolimo (quem redoluit) ad vitam inſontem, & balſamo fragrantiorem, è vagâ, volitante, & væſanâ libidine, (quâ tanquam Aetnâ conflagrauit) ad *Elephantinam* caſtitatem auſpicatò pertrahitur in ſui ſalutem, non (piſcis inſtar) in cædem: iuxta *Salomonem Prouerb.* 13. legatus fidelis ſanitas, vena vitæ os iuſti: *Ioas* dum *Ioiadæ* cõſilijs gratantèr acquieuerit, & applauderit, princeps euaſit pientiſſimus, (eodẽ autem

Prou. 13.

4. Reg. 12.

tem ſacerdote mortuo) en quantum mutatus ab illo 4.*Reg.* 12, *Propheta deficiente, diſſipatur populus. Prouerb.* 20. *Vbi non ſunt boues, præſepe vacuũ eſt, vbi fortitudo bouis, ibi plurimum ſegetis Pro.* 14. Ita, ſalutaris vbi vox præconis intonat, ibi non zizania, ſed pretioſa fruges exurgit, cuius meſſis demetẽdæ gratia, *Samuel* diuinitùs edocuit *Dauidem, Nathan Salamonem, Eſaias Ezechiam, Micheas Ioſaphatum, Hieremias Ioſiam, Eſdras* populum, ita vt eius monito, (quaſi quodam capti verriculo) non grauatè abdicârint filios, & vxores repudiârint alienigenas. In huiuſmodi capturã emiſit *Ioſophat* ſacerdotes, & Leuitas, ad peragrandas *Iudææ* vrbes: 2.*Par.* 17. & poſtmodum duodenos Chriſtus Apoſtolos. *Euntes* (inquit) *in mundum vniuerſum omni creaturæ prædicate Euangelium, Mat.* 10. ac ſi dixiſſet, Iam retia in vaſtum laxate Oceanum, ſeminate ſuper omnes aquas, immittentes pedem bouis & aſini, tam gentilis, quàm *Iudæi*, iuxta *Eſaiam* cap. 32. licèt enim lex vetuſta cum boue & aſino ſimul arare vetuerit, poſtquàm autem aſino inſidens Ieſus, Hieroſolimã eſt ingreſſus, vtrũque protinùs perduci in vnum idemque iuſſit ouile. Quod verò ad hoc prius attinet verriculm, idem iam ad elimanduu, (iuxta ipſius metaphoræ ſeu potiùs myſterij naturam) quicquid in me eſt neruorum conferam: quod (pro virili) dum præſtitero, ſi ſedatè, ſedulò, & ſerenâ fronte attenderitis, veſtris forſan auribus caſtiſſimis quædam hinc non indigna ad muſæum veſtrum aſportabitis. Sicut enim piſcato-

4.Reg.12.
Prou.20.
Prou.14.
1.Eſd.10.
2.Paral.17.
Mat.10.
Eſa.32.

res

res ſua cænoſa continuè emuſcant retia; ita ad capturam emundanda & abſtergenda eſt hæc ſacræ theologiæ ſagena, ab omni muſco & fæce, ab omni luto, & illuuie: cuiuſmodi ſunt auſteritatis amarulentia, adulationis palea, timiditatis ecſtaſis, ignorantiæ alga, infeſtus accediæ, ſeu negligentiæ vermiculus, ambitionis ſpuma, & præ cæteris, noxius auaritiæ limus.

*Abſterſio prioris verriculi a ſeptenaria ſeu ſeptemplici ſua fæce muſco & illuuie.*

Primò ſacroſancti verbi ſagena elimanda eſt ab omni auſteritatis amarulentiâ. Licèt enim (ſæpe ſæpiùs) auſtera pharmaca ad medendum morbidis, & acrem fumũ ad aluearia perpurganda adhibeamus; nunquam tamen in gregem mordaciùs eſt inuehendum, niſi (eouſque) ſic vitijs aſſuefecerit, vt omni fere ſenſu orbetur, veluti caro cum callo obduruit, vix vllius plagæ vibicinem admittit. Si quando autem rigidiores ſimus; ſicut ſtatuarij primùm ictibus lapidem incidunt, & poſtmodùm poliunt: ita triſtitiam hilaritate, & aculeos noſtros quadam ſubindè manſuetâ lenitudine condire debemus, iuxta *Greg. Moralium lib. 20. Miſcenda eſt lenitas ſeueritate, faciendumque quoddam ex vtraque temperamentum.* Hoc (nimirùm) illa tabernaculi arca ſignificat, in quâ cum tabulis virga ſimul & manna erat. Cùm enim mortalium nemo in partem carnis aliquantulùm non declinet, & ex parte ſpiritus non claudicet, confratres noſtros tanquam teneros ſurculos veræ oleæ inſertos (donec in Chriſto grandeſcant) vrbanè, & ſummâ cum comitate

1 *Auſteritatis amarulentia.*

*Greg Mor. lib. 20.*

tate nos (qui eis præsidemus) affari oportet. Sic Iesus suum aduertit Petriolum Matth. 18. *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum.* Ad hanc metam collimat Paulus: *Decet seruum Dei placidum esse erga omnes, promptũ ad docendum, tolerantem malos, cum mansuetudine erudientem eos qui obsistunt, si quando & illis det Deus pœnitentiam. 2. ad Timot. 2. Debemus nos (qui potentes sumus) infirmitates impotentium portare, ac non placere nobisipsis: ad Rom. 15.* Hoc ipsum officiosè in suâ præstitit personâ; *Non quo pudore suffundam vos, hæc scribo, sed vt filios meos dilectos moneo. 1. ad Corinth. 4. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos (qui spirituales estis,) instruite huiusmodi spiritu mansuetudinis. Alter alterius onera portate, ad Galat. 6.* Nobis in exemplar familiarius huius mutui iuuaminis refert *Aug. in Psalm. 129.* ceruos, cum ad insulam (pascuarũ gratiâ) fretũ transeunt, onera capitũ & cornuum suorum superinuicèm portare, ita vt posterior super anteriorem (ceruice proiecta) caput collocet, præcedens verò (cum ante se non habeat, cui caput inclinet) ei lassatus succedit, cuius caput ante ferebat; atque ita vicibus res agitur. Idem in Epist. 64 *Seueritas exercenda est in peccata paucorum, & (si quid minamur) cum dolore fiat, de scripturis comminando vindictam futurã, ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur.* Vnde fraterne de seipso *Cyprianus 1 Lib. Epist. 4. Opto omnes in Ecclesiam regredi, & vniuersos cõmilitones nostros intra Christi castra, & Dei patris domicilia cõcludi, omnia remitto*

Matth. 18.
2 Timoth. 2.
Roman. 15.
1. Cor. 4.
Galath. 6.
*Aug. in Psal. 129.*
*Aug. Epist. 64.*
*Cypr. l. 1. Epis. 4.*

multa

*multa dissimulo, colligendæ fraternitatis studio delictis (plusquam oportet) remittendis pene ipse delinquo*, Iustinus Martyr. in Epist. ait: *Qui admonet, non iracunde id faciat, sed familiariter, siquidem patrem illum videmus pœnitenti filio occurrisse, & (non expectato aduentu) excepisse obuiam eius pœnitentiam.* inibi: *Qui peccat, moneri debet, nec tamen publice, nisi hoc postulet eius contumacia.* Iust. Mart.

Bernardus in Sermone 23. super Cant. *Discite subditorum matres vos esse debere, non dominos: studete magis amari, quam metui: & si interdum seueritate opus est, paterna sit, non tyrannica: matres fouendo, patres vos corripiendo exhibeatis. Mansuescite ponite feritatem, suspendite verbera, producite vbera, pectora lacte pinguescant, non typo turgeant; vt quid iugum vestrum super eos aggrauatis, quorum potius onera portare debetis?* Sicut enim equus nobilis regitur meliùs vmbra virgæ, quam calcaribus: & sicut plures melle decoctæ, quàm aceto maceratæ nitescunt gemmæ: vel sicut adamas (aduersus omnia aliòqui inuictus) malleo non frangitur, nisi hircino sanguine, calido, ac recenti fit maceratus: ita plærique miti, molli, & mellito sermone franguntur, & celerimè ad se redeunt, acri autem & mordaci loquela, magis incalescunt, in peius vergunt, & fugantur protinus (ac si sibilaret Basiliscus reliqui profugerent illico serpentes.) Quare vt aucipes volatilium voces assimilant. quò eadem in laqueos alliciant; & gnari piscatores, eam quam quisque piscis appetit es-

cam, (quo faciliùs fallant) potiſſimùm obijciunt: vel vt experti medici (iuxta cuiuſque corporis conſtitutionem) efficacem adhibent alimoniam: ita, qno citiùs & ſalubriùs captemus auditores (iuxta eorum naturam, et capacitatem) temperandæ ſunt conciones: cum ſupinis vehementèr, cum probis manſuetè, cum contumacibus minantèr, cum cautioribus comitèr nobis eſt agendum, ſicut is qui beſtiam multarum ſpecierum & multiformem ex varijs beſtijs manſuetis, et ferocibus compoſitam, manſuefacere, ac gubernare conatur, ad varias formas ſuam accommodare ſcientiam, et ſingulis curam impendere competentem debet, quò ritè beſtiam illam regat, iuxta *Greg Nazianzenum*: *Ita & nos oportet omnia fieri omnibus, vt omnes indeſinenter Deo lucrifaciamus.*

Apolog.

Secundò (ſi rectâ perrexerimus ad captu-
2. *Aſſentationis palea.* ram) verbi verriculvm ab omni *aſſentationis* fuco, paleâ, ſeu cœno nobis eſt elimandum. Sicut enim pardus odore ſuo fragrante allectas interimit feras, vel hædera complexu ſuo arbores enecat feraces: aut ſicut ſimia ſuos ſuffocat catulos: ita blandiloqui præcones, qui immodicâ indulgentiâ, principem, vel populum in fraudem pelliciunt, exitium eis minitantur, & præſagiũt. Vnde *Eſaias, Populę mi, qui te beatũ dicunt, ipſi te decipiunt, cap.* 3. Sic vafri, verſuti, & vertiginoſi olim pſeudoprophetæ regem *A-*
2. Reg. 22. *chab* deluſerunt, & tanquã fræno equũ ſeu circummactam clauo nauem, blanditijs eum ſuis

raptârunt

raptârũt in perniciem, 2. *Reg.* 22. Hos & huiuſmodi maleſanos (quaſi capitalis criminis reos) lex vetuſta deprehendit, quæ hædum in lacte matris ſuæ non coquendum, (peccantem ſcilicet adulatione non confouendum) expreſſè perhibet, *Exod.* 34. iuxta illud prophetæ. *Stupenda, & horrenda fiunt in terra, Prophetæ vaticinantur falſo, & ſacerdotes applaudunt illis manibus ſuis: populo tamen meo placent iſta* Hieremiæ. 5. *Væ hijs qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis:* Ezechiel. 13. Quare *Aug:* ſuum ſcitè affatur Caſulanum; *Quiſquis metu cuiuſlibet poteſtatis veritatem occultat, iram Dei in ſe prouocat:* cuius ſcandali rationem ſic inſinuat ſuper pſalmum nonum: *linguæ adulantium homines ligant in peccatis*, et de trinitate lib. 2. cap. 1. ſic intonat. *laudator vere errat & confirmat errorem.* Sicut enim quædam cibaria, non ſanguini, neruis, ſpiritibus, aut medullis quicquam conferunt, ſed ventrẽ tantummodò inflant, aut diſtentant, atque interim pudenda irritant, & titillant: ita aſſentantis & nimium indulgentis oratio, vitioſa quæque inſerit & accendit, inflat & adauget. Vnde *Grego: ſuper Ezechiel. lib.* 1. *cap.* 9. ſcorpioni (qui palpando incedit) & nihilominùs caudâ ſuâ ferit, adulatorem non ineptè comparat: *Hieronimus in* Prouerb. 1. *aſſeueranter* dicit *adulatores eſſe hoſtes, & ſatanæ ſcintillas*, & proin liberê ſuos ſic in Epiſt: admonet conſortes. *Nos in patriam feſtinantes, mortiferos Syrenũ cantus ſurda aure tranſire debemus.* Idem alibi,

Exod. 34.

Hierem. 5.

Ezech. 13.

*De Trinit. lib. 2. cap. 2.*

*Greg. ſup. Ezek: lib. 1. cap. 9.*

*Hierom. in Pro. 1.*

*Rumuſculos, & guloſos, & palpantes adulatores, quaſi hoſtes, fugias:* qui cum palpent, & non pungant, tanquàm impotes animi, & homines nihili habentur apud *Eccleſiaſticum;* Idque (ni fallor) non iniuria: cum enim nec latrare poſſint (inſtar canis) nec ſarcinam portare (ſicut equus) nec agrũ perſulcáre (inſtar bouis?) ſimiæ inſtar geſticuloſæ, aut riſum tantummodo concitant, aut (quod pernitioſius eſt) cùm populum, tum principem conſpurcant, & coinquinant, cui dum adblandiuntur, inſigniter delirant, & delinquunt, lætiferum ſiquidem venenum non in vnum calicem, ſed quaſi in fontem publicum, (vnde promiſcuè omnes exhauriunt) teterrimè infundnnt. Sunt nonnulli in exulcerato hoc ſęculo huiuſmodi præcones aulici, qui ſicut heliotropium, & lupinum, vnà cum ſole circumaguntur, & quòcunque ſe mouerint eòdem & hæc cacumen ſuum deflectunt, eò paritèr propendent, quocunque ingenia magnatũ vergunt) adeo vt vnicum loquentem dicas, non duos, (inſtar vnius & eiuſdem conſentus in diapàſon.) Hij cum Chamæleonte omnem imitantur colorem, præter rubrũ, & candidum, (id eſt) omne præter honeſtũ; imò hij (more teſtudinum Indicarum quæ dorſo per tranquilla (tempore meridiano) fluitant, donec tandem mergi, aut elabi non poſſint) ad principum palatia (vſqueadeo) confluunt, vt aulicis delitijs inebriati diuelli nequeant maximo cum molimine: vel ſicut columbæ vbi ſemel craccam deguſtauerint, eò continuè gregatim

gregàtim conuolant : ita & ipſi ( ſpe alicuius pellecti dignitatis) Curiam indiès frequentant, non quò homines ſed humana capiant. Vnde *Senecà* ſiniſtram & huic non diſſimilem ſæculi ſui ſic taxat mollitiem. *Monſtrabo tibi, cuius rei inopia laborant magna faſtigia, & quid poſſidentibus omnia deſit, ſcilicet qui verum dicat.* Quare quotquot ad concionandum coram aulicis ventitamus, vel obſcœnos eorũ mores acriter, & animoſè coarguamus, vel rariùs in eum prodeamus puluerem (inſtar halcyonum) quæ rariſſimè circumuolant, niſi cum aeris tranquilitatem vel diſponunt, vel denunciant: ita & nos nunquam ibi caput efferamus, niſi ad rerum motus componendos, & voluptatũ fibras authoritate verbi defalcandas. Patroclum illũ apud Plutarchum nullatenus aſſimilemus, qui reliqua *Achillis* arma ſe militantem induit, ſolam haſtam, vt grauem, & præualidam ne digito quidem attigit: ita nec ipſi, candidi amici, imitemur ſymbola, excutientes ſolam corrigendi & admonendi libertatem, ſed inſiſtamus potiùs Apoſtoli veſtigijs ad Galat. 1. ita perhibentis. *Si hactenus hominibus placuiſſem, Chriſti ſeruus non eſſem* & ad Theſſa. 1. 2. *Ita loquimur, non vt hominibus placentes, ſed Deo, qui probat corda noſtra, neque vnquam per ſermonẽ adulationis verſati ſumus, nec quærentes ex hominibus gloriã neque per occaſionẽ auaritiæ, Deus teſtis*: Hunc Apoſtolũ nobis in exemplar aſciſcamus, vt ab omni aſſẽtationis fuco, paleâ, ſeu lúto, rete noſtrum elimantes, (diuino lumine præuio) plu-

Senec.

Galat. 1.

1. Theſ. 2.

rimos coequales è profundo extrahamus, captemus & inuoluamus.

3 Demissionis ecstasis,

Tertiò, elauanda est sacrosanctæ sagena theologiæ ab omni timiditatis, demissionis, seu μικροψυχίας, extasi. Huiusmodi consilium, seu potiùs imperatum intonat augustus archiepiscator dominus, *Super montem excelsum ascende tu, qui Euangelizas* Sion, *noli timere*, Esaiæ 40. *Annuncia populo meo præuaricationẽ suam, & domui* Iacob *peccata sua*, Esaiæ 58. *Notas fac* Hierusalem *abhominationes suas*. Ezechielis 1. *Ne timeas eos, quia incredduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas*. Ezech 2. *Tu ergo accinge lumbos tuos, surge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi, ne timeas a facie eorum*: Hieremiæ 1. Et sic Paulum affatur Dominus. *Noli timere, sed loquere, & ne taceas*, Act. 18. Hæc fuit ipsissima gloriatio Dauidica, *Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar*, Psalm. 118. Hæc inconcussa fuit olim Petrina, perinde et Paulina pertinacia,: *Ego vero non solum vinciri, sed & mori paratus sum Hierosolimis pro nomine Domini Iesu*, Act. 21. Iuxta Cyprian. lib. 1. Epist. 3. *Sacerdos Dei Euangelium & Christi precepta custodiens, occidi potest, vinci non potest*. Sicut Zacharias, Domini antistes, qui cum terreri minis non potuerit, in templo dei occisus est. 2 Paralip. 24. Ad cuius gradum ambulârunt intrepidè, vel ad carcerem, vel ad rogum vsque, alij nonnulli prophetæ, præcursores, et Apostoli, in quorum catalogo connumerentur isti: Michæas, de quo *Achab*: *Ego o-*

Esay. 40.
Esay. 58.
Ezech. 1.
Ezekiel. 2.
Hierem. 1,
Act. 18.
Psalm. 118.
Act. 21.
2 paralip. 24.

*dì eum, quia nunquã prophetat mihi bonum, ſed malum.* 3. *Reg.* 22: Hieremias, quem in domo carceris clauſit Sedechias, rex parùm propitius, ſic cum eo expoſtulans: *Quare vaticinaris hæc, dicit Dominus? Heiremiæ* 32. Poſtmodùm verò cum viciſſim præfatus eſſet ciuitatis illius celeberrimæ ruinam, miſſus fuit in lacum, vbi non aqua ſed lutum, *Hieremiæ* 38. Daniel itidem pro religioſâ conſtantiâ, et ſingulari candore ſuo, deſcendit in eiuſmodi ſpeluncam, vbi nec aqua, neque lutum, ſed potiùs rugientium multitudo leonum: *Ioannes Baptiſta* (donec capite plecteretur) Herodem inceſtuoſum acerrimè increpat, *Math* 14: Stephanus Protomartyr Iudæos (donec virus ſuum exhalarent ringerentur, atque adeo eum extra ciuitatem lapidarent) coarguere non deſijt. *Act.* 7. Sic Paulus, verborũ veritatis, et ſobrietatis præco impauidus, multiplices in ſe exacuit inimicitias, *Act.* 9. Ego inimicus factus ſum vobis verum dicens? *ad Galat.* 4. Sic Petrus, *Act.* 5. Et reſidui coapoſtoli, ac martyres domini (quò minùs propalàm Chriſtum prædicarent) nec magnatum minis abſterreri, nec tormentis inhiberi poterant. Quotquot enim in Deo viuo conquieſcunt, & confidunt; (ſicut mons Sion) non commouentur in æternum. Sacræ huic anchoræ innixi prædicti profeſſores theologici ſic incaluerunt, vt (è ſublimi quaſi tonantes) peruicaciã hominum incredulorum, & perditam impudentiam (quolibet fulmine validius) proſtrauerint (inſtar montium) quos

3 Reg. 22.

Hieremiæ, 32.

Hieremiæ 38.

Math 14.

Act 7.

Act. 9.

Galat. 4.

Act. 5.

nullus

nullus procellarum turbo concutit (iuxta illud) *Montes in circuitu eius*, *Psal.* 124. Vel potiùs (cœli instar latè resonantis castissimorum tonitru eloquiorum) iuxta illud Psal: *Intonuit de cœlo dominus*, Psalm. 17. Hij inexpugnabiles, & strenui commilitones (qui corpus occiderent) efferatos homicidas non pertimuerunt, sed Vnicum illum, qui corpus simul & animam mittere potuit in Gehennam. Horum compares non fuere par illud vitreum, seu plumbeum dei professorum, *Ionas* (scilicet) & *Nichodemus*, quorum alter se in pedes contulit (tanquam transfuga) *Iona.* 1. Alter formidolose & furtiuè Christum petijt (tanquam noctua) *Io.* 3. Contra milites huiusmodi meticulosos, & lepores (quod aiunt) galeatos, clamat dux sũmus, & Cælestis noster antesignanus (instar *Gedeonis*) Iudicum 7. *Qui formidolosus est, reuertatur.* Idem (quoad sensũ) in hoc contextu præfatur Christus suum sic Apostolum serenâ fronte allocutus, *Petre noli timere.* Iuxta illud *Statij*, *solue metus animo* &c. Si enim *Cæsar* enauigans in *Italiam*, cùm superbis vndis pelagus esset inflatum, *Amiclæ* nautæ sui tremorẽ omnem excusserit dum eum ita affatur; *Ne timeas, quoniam vadit tecum fortuna* Cæsaris; quanto animosior incederet Petrus, peræque & omnes sui successores, aut sequaces, supra *Cæsaris* illam ad hanc Christi præfatiunculam. *Noli timere.* Sęcularis huiusmodi pusillanimitas (iuxta Antisthenem) est seruile quiddam. Quisquis alios metuit, seruus est licèt nesciat,

Psalm. 124.

Psalm. 17.

Iona. 1.

Ioan. 3.

Iud. 7.

cui

cui consonat illud in Archelao Sophoclis. *Vita mollis, & mala timiditas, neque domum neque ciuitatem recte gubernauerint*: siquidem vt idem alibi ait ἅπαντα γὰρ τῷ φοβουμένῳ φοβερά, homini enim timido nihil non obstrepit, iuxta Socratem, *Timidus quidem arma contra seipsum habet*: vnde *Innocentius* de vilitate conditionis humanæ scitè ait, Ambitiosus semper est pauidus, subsequitur, & obsequitur, frequentat curias, visitat optimates, assurgit, & amplexatur, applaudit, & adulatur. Quare qui Ecclesiæ præsidemus, nequaquàm assimilemus arũdines quolibet vento conquassatas Eccles. 22. neuè fluctus marinos, flatibus quibusque exagitatos, (iuxta *Iacobum*) sed in vicem huius mundani pauoris, timorem Dei ita sufficiamus, vt expellat, & obscuret, alter alterum, sicut ferreus clauus ligneum, seu solis splendor lunare lumen; adeoque intrepidè (iuxta nostrarum virium modulum) cum testimonium, tum patrocinium veritati feramus, ac si vel *Moysis* ad *Pharonem Exod.* 5. vel *Eliæ* ad *Ahab* regem. 3. *Reg.* 18. vel *Elizei* ad *Ioram* personam induissemus obiurgatoriam. Vtquid enim (angeli qui sumus) homines carnales siue satrapas, siue plebeios neruosè, & audactèr, animosè, & minantèr affati contremisceremus? quibus si vel tantillũ adblandiamur, tum (instar Tigridis in rabiem actæ circumstrepentibus tympanis) illico intumescunt, inflantur & ferociunt: si autem illis strenuè obsistamus, statim mansuescunt, cicurantur, & succumbunt (instar crocodili

Sophocles. Socrates. Innocentius. Eccles. 22. Exod 5. 3. Reg. 18.

codili) qui terribilis est in fugaces, fugax tamen contra insectantes. Quæ (cum ita se habeant) quò confratres nostros (tanquam Crocodilos) conuincamus, captemus, & in retia tandem traijciamus, è sagenâ verbi timiditatis omnis diluatur huiusmodi ecstasis: iuxta illud Ouidianum, *Desine mitem animum vano infamare timore, Sæua quid inplacidis saxa vereris aquis?*

4 *Ignorantiæ & erroris alga.*

Quartò, perpurgandum est verbi verriculum ab omni algâ cæcitatis, ignorantiæ, & erroris: cùm enim sit difficilis inuentu veritas, & Satan vndiqueuersum sit Dei æmulus; quò faciliùs quadam laruâ & specie fallaci se in animos simplicium insinuet, quò technis eos ludificetur, & præstigijs suis inebriet, quis inficiabitur, tam latratu canum, quam baculo pastorum, subdoli istius lupi deterrendam esse rabiem? Vndè *Esaias* incultam, sterilem, & ferream sui temporis ætatem lugubrè deplorans, cum quadam querimoniâ intrepidè exclamat. *Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi, canes muti, non valentes latrare: pastores ipsi ignorarunt intelligentiam.* cap. 6. Qua vocis acrimoniâ egregius propheta expressè protestatur præposterum, & pernicioſum esse, (qui tanquam oculus est in corpore) instar talpæ) speculatorem cæcutire, (piscis seu lapidis elinguis instar) præconem obmutescere, aut (Philonidis more) ingenium Ecclesiastici nullâ scientiâ concalescere. Hanc macerie cum ex agricola, tum ex agro Domini sublatã iri oportere, perhibet

Esa. 6.

hibet *Malachias* cap. 2. *Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius*, iuxta Aggeum, *Interroga ſacerdotes legem*: in Ezech. 44. *Deus ita decreuit, & diſpoſuit, populum meum docebunt, quid ſit inter ſanctum & pollutum, inter mundum, & immundum, &c.* Eum verò *Oseæ* 4. abdicat, qui (tanquam elementarius) ſqualori ſuo nimium indulget. *Quia tu repuliſti ſcientiam, ne mihi ſacerdotio fungaris, ego te repellam*: huiuſmodi exitialis repulſæ non improuidus Apoſtolus ſollicitè ſuum ſic adiurat *Timotheum*. *Teſtificor coram Deo, & Ieſu Chriſto, iudice viuorum & mortuorum, per aduentum ipſius, & regnum eius, predica verbum, inſta opportune, importune, obſecra, argue, increpa, in omni patientia & doctrina*; ac ſi dixiſſet; cũ ſcripturarũ inſcitiã publica comitetur impietas, & graſſetur paſſim fames ſpiritualis (*mi Timothee*) deprome de penu tuo cœleſte pabulum, quod populũ eſurientẽ paſcat, perambula Scripturę ſata, vellicans veteris nouæq; legis ſpicas, & eas manibus diuinæ intelligentiæ confricans omnibus ad comedendum exhibeas; patefiant (inquam) omnia ſub figuratâ ambage velata, obnixè incuba & os tuũ reſera ad Scripturam ritè intelligendam, dextrè explicandam, & ſolidè communiendam, ne quo aſteriſco fraus fiat, neue ad Chaos res caſtæ religionis redeat, ne ſparſim palentur oues, dum interpolantur fanatici errores, quorũ aculeis cum punguntur, ad exitium vſque periclitantur, iuxta illud *Hieremiæ* 10. *Quia ſtulte paſtores egerunt, & Dominũ non exquſierunt, ecce omnis eo-*

Mala. 2. Agge. 2. Ezech. 34. Oſe. 4. Hierem. 10.

*rum grex deuiat & dissipata est.* Hijs nullatenus impares fuere Heli filij, sacerdotes *Ophni* & *Phinees*, qui Domini, & officij sui prorsum nescij, morte immaturâ conciderunr, 1. *Reg.* 2. cum enim *hæc sit vita æterna* (vti ait Christus Ioannis 17.) *vt cognoscant te solum deum verum, & quem misisti, Iesũ Christũ*; quænam (præter mortem perpetuã) erit merces ignorantium? Illud itaque *Salomonicum* (quotquot Euangelizant) in cordis staterâ appendant; *Affectate lumen sapientiæ omnes qui populo præestis: principatus enim sensati stabilis erit, sed rex seu Ecclesiæ rector insipiens perdet populum suum*, Cui adstipulatur percelebris illa sententia Platonica, Beatas fore respublicas, si vel eas sapientiæ studiosi regerent, vel earum rectores sapientiæ studerent. Idem cum primis censuit *Alphonsus*, qui certior factus dixisse quendam ex Hispaniæ regibus, non decere principes viros scire literas, exclamauit protinùs, eam vocem bouis esse, non hominis, Et si in laicis (vti perhibet *Leo*) minimè ferenda est inscitia, quanto magis in ijs qui Ecclesiæ præsunt? nec excusationem promeretur nec veniam. Cum enim is, qui subest, seruiat ad obsequium, oportet vt is, qui præest, seruiat ad verbum, *iuxta Greg.* lib. 21. moral. *Sic polleat Episcopus sapientia, vt non solum creditum sibi populum edoceat, verum etiam vt hæresium contradictionem a Catholica Ecclesia repellat*: ne illi eueniat (quod in prouerbio canere solẽt) cæcus cæco ducatũ præbẽs, ambo in foueã cadũt: iuxta *Ambrosiũ* in l. de dignitate sacerdotali.

1. Reg. 2. Ioh. 17.

Ecc. 10.

Plato.

Alphonsus.

Greg. lib. 21. Moral.

Ambrosius.

Quare

Quare si venter simus, ex quo aquæ viuæ flumina scaturirent, si thesaurus, ex quo vetera & noua depromerentur, si aurum, quo templum veri Salomonis lineretur, fr plenæ illæ nubes, de quibus Ecclesiastes, cap. 11. Si repletæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent, quàm immune (quæso) ab erroris & ignorantiæ algâ rete nostrum debet existere? & quantâ cœlestis philosophiæ suppellectili nos (qui præsidemus) oportet dedolari? huius cum primis meminerint quotquot episcopalem cathedram capessunt, & (arbitratu suo) ritè omnia dispensant Ecclesiastica, ne sicut cæcos. 2. Reg. 5. in despectum *Dauid, Iebusæi* Hierosolimitana superposuere mœnia, ipsi perinde insensatos, cæcos, & sine saliuâ insipidos (in Dei ignominiam) efferant vnquam ad Ecclesiæ munia, cuiusmodi si consecrârint (proh dolor) quàm nulla erit fidelium Christianorum captura? atque ita cum dedolere vix possim, non tàm præ superponendis, quàm præ cæcis muros Ecclesiæ pridem superpositis, (quorum hæc cautio est) ista sufficiant Episcopis passim, siue Archiepiscopis.

Ecclesi. 11.

2 Reg. 5.

Quintò, qui (prout Petrus) capturæ hominum ritè incubamus, è sagenâ nostrâ supinum incuriæ omnis, acediæ, & negligentiæ vermiculum excutiamus oportet. Si enim Satan, cum suis satellitibus nunquam feriantur, sed pro eâ quâ sunt inueteratoriâ ad insidiosè fallendum versutiâ (leonis instar rugientis) circumeunt ad moliundum, et intentandum Ec-

*5 Supinus incuriæ & negligentiæ vermiculus.*

cleſiæ Dei exitium: non eſt nobis in cubili noſtro ſtertendum, ſed (laxatis religionis rudentibus) ſtudio potiùs impigerrimo, & expoſitiſſi mâ promptitudine eundum eis obuiam: quo minùs inconſutilem Chriſti tunicam diſcindant, ſalutaria dogmata dedoceant, aut ſuo faſcino, ſeu lenocinio gregem Dominicum dementent. Hoc præſagiens Apoſtolus, *Attendite* (ait) *vobis & vniuerſo gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, ad regendam Eccleſiam Dei, quã acquiſiuit ſanguine ſuo, ego enim*
Act 20. *noui quod ingreſſuri ſunt lupi, &c.* Act. 20. *Commonefacio, vt (quod in te eſt) donum Dei ſuſcites.* 2.
2 Tim. 1. ad Timoth. 1. *Illud enim requiritur in diſpenſatoribus, vt fidus aliquis reperiatur,* 1. ad Corinth. 4.
1. Cor. 4. *Væ mihi ſi non Euangelizauero.* 1. ad Corinth. 9.
3 Cor 9. Sic ſibi imprecando quaſi Paulizat Ambroſi-
Ambroſius. us: *Væ mihi eſt, ſi minime prædicauero, aut ſi ſuſceptum theſaurum in terra defoßum occuluero, & lucernam diuini verbi compreſſam, ſub modio retentauero, & non ſuper candelabrum propoſitam cunctorum oculis manifeſtauero, vt poſtmodum audiam, euge ſerue bone fidelis, &c. Væ mihi* eſt (inquit) in lib. de dignitate Sacerdotali cap. 1. In eiuſmodi que-
Bernardus. rimoniam prorupit Bernardus in Sermone 3. Aduentus. *Hei mihi quia vas ſanguinis Chriſti mihi commiſſum eſt, quid ergo infælix? quo me vertam? ſi tantũ theſauru, ſi pretioſum iſtud depoſitũ, quod ſibi Chriſtus proprio ſanguine pretioſius deputauit, vegligentius cuſtodire contigerit; ſi ſtillantem in cruce Domini ſanguinem collegiſſem, eſſetq; repoſitus penes me in vaſe vitreo quod & portare ſæpius eporte-*

*ret*

*ret, quid animi habiturus essem in discrimine tanto?* Quare suos sic cohortatur cõmilitones, Serm. 78. *Quicunq; opus ministerij huius sortiti estis, attendite vobis, & pretioso deposito vobis concredito. Ciuitas est, uigilate ad custodiam, & concordiam, sponsa est, studete ornatui: oues sũt intendite pascui.* Augustinus. Episcopum nomen esse oneris, non honoris ingenuè fatetur Aug. in lib. de Ciuitate Dei. Eoque actus genio, suos sic aduertit coepiscopos Homil. 24. *Continue cogitare debet Episcopus, quantæ dispensationis sarcinam gerat, qualem de illa domino suo rationem reddet: quo minus enim laborem detrectaret, praconem cum piscatori, tũ pastori Christus assimilat, quorum vita vt est negotiosa, ita procellæ, turbini, & vigiliæ (præ cæteris) est obnoxia.* Huius veritatis prodeat *Iacob* spectatus testis, *Genes.* 31. Die noctuque vrgebat gelu, somnus fugiebat ab oculis: quare (instar *Ionæ* in pelagus se conijci iubentis) quo comprimeretur tempestas, laborum vndis se obijciat quisque Ecclesiasticus, ne animarum salute periclitetur populus. Vnde Chrysost. *Semina iactare, & pecuniam deponere oportet concionatorem (etiamsi nemo attendat) vt postea dominus non ab illo, sed a mensarijs rationem reposcat.* Idem ex Luc. 16. cap. de Lazari Concione 1. *Aquarũ venæ (etiamsi nullus veniat aquatum) manant tamen, fontes (quamuis nemo hauriat) suas tamen scatebras emittunt, & amnes (etiam si nemo bibat) nihilosecius fluunt: ita illum qui concionatur (quamuis nullus auscultet) nõ silere, sed (quicquid in ipso situ est præstare oportet.* Non ait Christus, capies homi-

Genes. 31.

Chrysostom.

Luc. 16.

nes

nes quandoque, ſed eris capiens, (ſcilicet continuè.) Mandauit *Artaxerxes* quandam ex theſauro ſuo regio argenti, olei, & tritici quantitatem Eſdræ impertiri, ſalem autem abſque vllo modulo, aut menſurâ, vt ei ſuppeditaret, Procuratori ſuo baſilicè præcepit: ita verbi diſpenſator (quamuis parcè forſan præ inopiâ depromat pecuniam) cumulatè tamen, & copioſe, imò fere redundantèr, & prodigè elargiatur vitæ pabulum, nuſquam ſileat, nunquam otio torpeſcat, neue ſàlicibus Babylonicis ſuorum ſenſuum organa ſuſpendat, ſed (terreſtrium inſtar ranarum) exclamet, aut (quod magis concors eſt & conſonum) ſe modulando enecantem pertinacem potiùs, quam perſubtilem imitetur Philomelam; Semper ei ante oculos iſta obuerſentur exemplaria; Pſalt. *Laboraui clamans, raucæ ſunt factæ fauces meæ.* Pſal. 68. Moyſes, qui indeſmenter fuit in tabernaculo domini: Chriſtus, qui in Synagogis Euangelizans totam (vt perhibent Euangeliſtæ) circuibat Galilæam, Math. 4. *Erat quotidie docens in Templo* Luc. 15. Sic Paulus ab Hieroſolymis per circuitum vſque ad Illiricum omnia prædicationibus Euangelicis compleuiſſe non dememinit, ad Rom. 15. Imò *ad vincula vſque* ſe elaborâſſe, nedum *vinctum ſe conticuiſſe* ait, 2. ad Timoth. 4. Vt illud (opinor) per *Eſaiam* adimpleretur, & innoteſceret, *Super muros tuos, Hieruſalem, conſtitui cuſtodes, die tota & tota nocte non tacebunt.* cap. 62. Idem propheta (vt primum reſipuerit) dedolere non potuit

Pſalm. 68.
Math. 4.
Luc. 15.
Rom. 15.
2 Timoth. 4.
Eſai. 62.

tuit, quòd impium regem *Oziam* non opportunè, & importunè corripuiſſet; *Væ mihi* (inquit) *quia tacui*, cap. 6. quod perinde eſt (ac ſi dixiſſet) ego qui (ſtatua tanquam lapidea) iners aſellus, fatua anus, & inutilis fui Eunuchus, non ſolùm ab Eccleſiæ militantis gremio excludar, iuxta illud, *Deut.* 23. ſed è paradyſi foribus (merito meo) exterminabor, (inſtar ſerui nequam abſcondentis in terrâ talentum) *Math.* 25. Quæ enim poteſt eſſe paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit? ait *Greg in Reg.* Idem in paſtorali ait: *Sicut incauta locutio in errorem protrahit, ita indiſcretum ſilentium eos, qui erudiri poterant, in errore relinquit.* Et ſuper Ezechielis cap. 3. *Vbi populus (ex ſua culpa) moritur, ibi qui præeſt (quoniam tacuit) reus mortis tenetur.* Vnde ſic colligit, conſulit, & concludit, *Vigilare oportet Sacerdotes ſuper oues domeſticas, ne lupinis morſibus (Satanæ nimirum ſtimulis) lanientur, qui dum pie ſuper gregem vigilant, diuina ſemper gratia largius coruſcant*: Iuxta eundem, Homil. 7. *Dij enim magna laboribus vendunt.* Ad hoc cum primis quadrat illud Menandri: ἐν μυρίοις τὰ καλὰ γίγνεται πόνοις, id eſt, in infinitis pulchra fiunt laboribus, vnde Sophocles ἐκ πόνου χωρὶς οὐδὲν ἐυτυχεῖ, id eſt, Vide, labore ſine nihil bene ſuccedit. Hæc ſententioſa veritas patefecit ſe illuſtriùs per bina ſcripturæ exempla oppidò imparia: quorum alterum erit illud *Pauli* & *Silæ*, qui cùm nocte mediâ (tanquam Encomiaſtes) in ipſo carcere hymnos Deo ſollicitè concinerent, ecce ſubitò quaſſatis domicilij

Deut. 23.

Math. 25.

Greg. in Ezec. 3.

Greg. Homil. 7.

Sophocles.

fundamentis (ſolutis expeditè vinculis) & oſtijs de repente reſeratis (non refragante, ſed corrogante Magiſtratu) quem reti verbi fere captârunt, protinus exiliunt, *Act.16.* Alterum erit virginum quinque dormitantium, quæ (ſiquidem fatuabantur & excubias remittebant) à nuptijs exulârunt, *Math.25.* Sint itaque ſerui illi terque quaterque beati, quos, cum venerit dominus, inuenerit vigilantes: maledicti autem in tenebras faceſſant exteriores, qui faciunt opus domini cunctantèr, ſomniculoſè, fraudulentèr, iuxta illud *Hieremiæ* 48. *Execratus, qui facit opus domini dolo malo*: Huiuſmodi enim præſides Eccleſiæ, dum indiès ociantur & oſcitant, zizania ſuperſeminat Satan, vbi ſatum eſt triticum, *Math.24.* Adeo vt nunquam vel (agricolarum inſtar) copioſam meſſem demetant, vel (piſcatorum inſtar) ad auſpicatam animarum capturam pertingant, ſed vt *Sauli* olim dormienti *Dauid* ſciphum, & haſtam ſurripuit, ita eos acediâ, et torpore nimio obſeſſos grege ſuo defraudabit diabolus. Quare non Eccleſiaſticus quiſquam ſupprimat cœleſte pabulum, ſed expergiſcatur, & rumpat tandem ſomnolentiam ſuam, Euangelij margaritam ſibi aſſumat pro viatico, cum deambulat; pro refrigerio, cùm reſidet; pro pſalmo, cùm exultat; pro ſermone, cùm confabulatur; pro puluillo, cùm cubat; pro ſpeculo, cùm excubias agit. Excutiat (inquam) è verbi verriculo hunc infauſtum remiſſæ negligentiæ vermiculum, alioquin (quod Deus omen auer-

Act.16.

Math.25.

Hihrem.48.

Math.24.

auertat) incaſſùm ſuam ſagenam laxauerit.

Sextò, euanidam ambitionis ſpumam (dum hominum itur ad capturam) tanquam mũdanæ vanitatis hydriam, cum Samaritanâ relinquendam eſſe perhibet dominus, *Luc.* 22. vbi ventoſos ſuos ſic ſopire diſcipulos, atque adeo illis os occludere ſatagit, obiter Gentiliſmum taxans: *Vos autem non ſic, ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor*, & Math. 23. *Omnia opera ſua faciunt vt videantur ab hominibus.* Huiuſmodi præſides inflati (dum ſe oſtentant) Satanæ præda fiunt, ſicut columbi, qui (dum implicatis ſtrepitum pennis plaudunt in aere) capiuntur ab inſidiante alicubi accipitre: elatum enim cor durum eſt, et expers pietatis, ignarum compunctionis, ſiccum ab omni rore gratiæ ſpiritualis, quià ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus verò dat gratiam, iuxta *Bernardum* in Sermone de præſentis vitæ fallaciâ; *Exaltatio inflatio, ac ſuperba iactatio non naſcitur de Chriſti magiſterio, ſed de Antichriſti ſpiritu inflato*, ait Cyprianus, lib. 1. Epiſt. 3. *Sciat ſe non eſſe Epiſcopum, qui præeſſe cupit, non prodeſſe. Quoties enim hominibus præeſſe exopto, toties Deo meo præire contendo*, ait Auguſtin. ſuper Pſalm. Idem in lib. de verâ innocentiâ: *Omnia vitia in malefactis tantum valent: ſola ſuperbia etiam in rectè factis cauenda eſt.* Vnde Bernardus: *Virtutum ſtabile fundamentum eſt humilitas, quæ ſi omittitur, virtutum congregatio non niſi ruina eſt.* Quare cautè, ſalubriter, & cordatè nobis conſulit Euſebius:

6 *Euanida ambitionis ſpuma tanquam mundana vanitatis hydria.* Luc. 22.

Math. 23.

Cypr. lib. 1. Epiſt. 3.

Auguſtinus.

Bernardus.

Euſebius.

*Principatum (quem geris) ornes, teipſum vero non immutes: neq; enim per magiſtratum, aut magiſterium, tibi acceßit quicquam, neq; (eo depoſito) quicquam decedit: ſummus locus bene regitur*, inquit Greg. in lib. Moral *cum quipræeſt, vilijs potius, quam fratribus dominatur.* Præſes ſiquidem qui ſobrium Dei zelum exuit, auram popularem aucupatur, & ſupercilium faſtuoſè contrahit, ſubditos in eorum ſalutem non captat, ſed odium in ſui perniciem conflat, iuxta illud oratoris Domitiani: *Cur ego te habeam vt principem, cum tu me non habeas vt Senatorem?* Quis itaque Democritus Romanum Pontificem in deridendo ſufficeret? qui meretricia quadam fronte iactitat in Primatu ſe eſſe Abelem, in Patriarchatu Abrahamũ, in ſacerdotio Melchiſedecum, in zelo Eliam, in manſuetudine Dauidem, in poteſtate Petrum, in vnctione Chriſtum; quem non Petro, ſed Conſtantino ſucceſſiſſe pompaticè prodeũti atteſtatur Bernardus: Petrus enim non (inſtar Papæ) gemmis fuit ornatus, atque eo forſitan conſilio, ne vnà cum diſcipulis, qui intumuerunt, ipſe à Domino audiret: *Vidi Satanam ſicut fulgur de cælo cadentem*, Luc. 10. Huiuſmodi, ἀποστάσιαν (tanquam Dei altiſſimi abnegationem) auerſatus eſt Iob. *Si oſculatus ſum*, inquit, *manũ meam, quod eſt impietas maxima, &c.* Quare qui Eccleſiæ præſidemus, ne in theatro nos eſſe deputemus, vt nobis applaudatur, cùm fabulam peregerimus, ſed in Apoſtolorum choro verſari, vt dociles auditores deo lucrifaciamus

Luc. 10.

Iob.

non

non vt plauſum, ſed planctum moueamus, non ſimus Chamæleontis inſtar, qui aura, non cibo paſcitur, neue ſimus molendino ad ventũ compares, quod (ventis non ſpirantibus) ſiſtitur, ſed fluuiali molẽdino potiùs, quod quaſi tranſplãtatur ſuper aquas, iuxta *Hieremiam* cap. 17. non aſſimilemus araneos, qui, vt viles muſcas capiant, rete texendo ſeſe euiſcerant: neq; inexpertos vel ineptos piſcatores, qui non piſciculum, ſed maris algã rete contrahunt, ſed (inſtar Petri humana quælibet aſpernantis) quò captemus homines confratres & coequales noſtros, ſagenam noſtram ab omni ambitionis ſpumâ quàm celerimè & ſaluberrimè emundemus. Hierem. 17.

Septimò, abſtergenda eſt ſagena diuini oraculi ab omni auaritiæ luto, viſco, ſeu illuuie; Si enim ſit vnicus omnis Hierarchiæ ſcopus & terminus, quod ſuum eſt aſpernari, & ſuâ quæque ad aliorum ſalutem impertire, iuxta *Paulum* 2. ad *Cor.* 12. *Ego lubentiſſime impendam, & ſuper-impendar pro animabus veſtris*: (tanquam ſal) me liquefaciam, ne (putidæ carnis inſtar) vos, mei *Corinthij*, contabeſcatis; ſique iuxta *Ambroſium* de mortis bono cap. 5. ſit *laqueus quidam in auro, viſcus in argento, & nexus in prædio*, tum à ferali philarguriâ, & illecebroſâ pecuniâ, quæ habentes contaminant, non habentes non iuuant, vti idem ait *Ambroſius*: Theologorũ præcordia poſſideri, quàm eſt impium, quàm execrabile, & deteſtandum? Qui enim liberè cœlum ſuſpicerent, & ad ea quæ ſurſum, non quæ deorſum ſunt, anhelarent, ſi 7 *Auaritiæ limum lutum, & illuuies.* 2 Cor. Ambroſius.

postliminiò terrenis ancillantur, quam longè deuiant, quàm ridiculè desipiunt, & delirant, docet suum Apostolus *Timotheum*, secundæ secundo: *Nemo qui militat, implicatur vitæ negotijs, vt ei, qui se in militiam selegit, admodum placeat.* Alioquin, quotquot ex parte Dei militant, si pectore in terram procubuerint, ad imbibendas seculares diuitias, ablegandi erunt cum militibus *Gedionis*, dimicantis olim cum *Madianitis*: *Iud. 6. Væ pastoribus qui pascunt semitipsos, Ezechielis* 34. Huiusmodi præcones, qui sacris initiantur, quo ipsi ditescant, nullatenus sunt magis illis compares, qui ab oriente Christum petunt, non vt diuites fierent, sed vt ipsum quodamtenus ditarent. *Math.* 2. Imò potius incedunt ij similes Sichem, & Emor patris eius, qui sibi præputia abscíderunt, vt opes consequerentur, *Genes.* 34. E contrà legimus totum Apostolorum chorum non illibenter suis valedixisse mundanis, & se insinuâsse in Christi gremium (tanquam apes in aluearium.) Ad hunc zelum explorandum, ter inculcauit; Petre *Amas me?* ac si dixisset; nisi tua perhibeat cõscientia, quòd me plusquam tua, plusquam tuos, & plusquam te ames, nequaquàm tibi Apostolatum asciscas, neue ad pascendas oues meas (pastoris instar) vsquam prodeas. Sed eccè tandem, quantus & qualis, quam eminens, quadratus, & Angelicus præco euasit ille Petrus, qui alijs secum cooperarijs sic consultũ iri voluit. 1. *Pet.* 5, *Pascite (quantum in vobis est) Christi gregem, non turpiter affectantes lucrum, sed propenso*

2 Tim. 2.

Iudic. 6. Ezech. 34.

Mat. 2.

Genes. 34.

1 Pet. 5.

*propenſo animo.* 'quod peræquè valet ac ſi dixiſſet, Animas Domino gratis lucremini, muros Hieruſalem ædificate, exules gratuitó in Cœleſtem patriam redigite, quod gratis accepiſtis, gratis date, iuxta Chriſtum *Math.* 10. Math. 10. Gratuitum ſit verbum Euangelicum, & non venalitium, non coaffectate, nedum conquirite lanam, ſed ouium ſalutem, ſicut Apoſtolus, *Non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos quæro,* quæſiui, qnæram. Ad confouendum in Epiſcopis huiuſmodi ſpiritum Apoſtolicum, in Nicenâ Synodo decretum eſt, *vt non de alia in aliam Eccleſiam (tanquam defultorius) tranſmigraret Epiſcopus, ne (ſocietate contempta paupercule virginalis) ditioris adulteræ quæreret amplexus*, vti aît *Hieronimus*. Cum enim Euangelizantes tan- Hieronimus. quam Satanæ ſatellites (plus æquo) ſuæ inhiant Mammonæ, atque adeo exhauriunt omnem ouium ſuarum adipem, cum religionem caſtam labefieri, tum pietatem omnem exulare eſt neceſſè. Imò, ſicut, bruta cum naturæ morem inuertunt, tempeſtatis præſagium eſt, vt ſi mare fugiant mergi, vel ſi oua progerant formicæ; ita cum præcones pro terrenis digladiantur ſeu concertant, peſtem & perniciem reipub. portendunt. Dum oues Laban auidè tonderet, Iacob ſe in fugã contulit: ita dum paſtores populum ſuum dilacerant, deglubunt, & dilaniant, Deum, eiuſque ſpiritum regenerantem exaſperant, ſuffocant & eliminant, ſe ſiquidem, non ſuos paſcunt: iuxta *Aug* in lib. de Auguſtinus. paſtoribus. *Quicunque ita præpoſitus eſt, vt commoda*

*moda sua solum respiciat, se pascit, non oues suas. Quid indecentius quam curuum, seu pronùrecto corpore gestare animum, vel luto adhærere cœlestem, quæ in croceis nutriri debuit, creaturam?* inquit Bernardus sermone 24. *super Cantica*, Inibi sic de se conquestus. *Erubesce anima mea, diuinam in pecorinam commutasse formam, erubesce volutari cœno, quæ de cœlo es: vacate & videte, nisi a terrestribus vacaueritis, nihil nosse poteritis de cœlestibus:* Sic suos coepiscopos affatur *Ambrosius*. Caueant itaque ptæsides Ecclesiæ à compedibus auaritiæ, ne cum auiculis ex alto descendentibus, aut laqueis capiantur, aut visco fallantur, aut quibuscunq; alijs irretiantur insidijs; præuideant ne cum esse deberent μεγάλοψυχοι existant, μεγαλόπτωχοι; prospiciant ne quod de rege *Ptolomæo* contumelioſè dici solet, in eos omnimodè competat, *titulo rex insulæ, animo autem mancipium pecuniæ*. Emundent, inquam, suam ab hoc musco sagenam, (*Samuelis* instar & Apostolorum) ne cum alios captare moliuntur, ipsi tanquam captiui catenentur. Atque hæc dictu sufficiant de elimando priori verriculo, diuino scilicet verbo. Iam deinceps ad rete alterum (vitæ nimirùm sanctimoniam) nobis est transiliundum.

Bernard. serm. 24 super Canica.

Ambrosius.

*Secunda captandi sagena casta scilicet & inculpata morum innocentia omnis proficui praconis indiuulsa comes.*

Si in aureo Ecclesiæ sęculo, quò auspicatiùs sibi & suis cederet sua piscatio Apostolica (laxato duplice verriculo, *Eudoxiæ* vno, *Orthodoxiæ* autẽ altero) ad capturã Diuus rectâ perrexerit Petrus; quam sollicitè (viri & fratres) nobis (quasi succenturiatis) ambifariam est insistendum

sistendum pastorali nostro nullatenus impari officio? nonne duplici alimoniâ languentes refocillare? nonne duplici columella lapsabundos perfulcire? nonne duplici falce obfirmatos amputare? nonnè duplici lumine cæcutientibus præfulgere? nonne duplicis tubæ sono somnolentos expergefacere? nonne duplici condimento insipidos salire oportet? cum (inquam) Ecclesiæ præsides, & tanquam chiliarchi simus; nonnè (prout *Petrus*) tam vitæ integritate, quàm verbi veritate præ cæteris dedolari, atque adeo rutilare debemus? Sed omissis, seu *Petri*, seu *Pauli* elogijs, (quantumuis apprimè magnificis) immorabor, imò immoriar potius ijs quibus titulis insignimur, qui populo præcones præficimur: Christus *Luc.* 10. nos & ordinis nostri singulos appellitat operarios, cuius vi & etymo vocis, supinâ ab oscitantiâ, ad desudandum indefessè in vineâ, & messe dominicâ, tam præeundo, quam prædicando diducendos admonet. *Vos estis lux mundi*, ait alibi *Math.* 10. Quo epitheto, ingenuè & luculenter insinuat, non diuinis duntaxat oraculis, sed viuidis vitæ exemplis, ab extraneis morum, & dogmatum dispellendas esse tenebras. Inibi, *Vos estis ciuitas montana*, superna, ceu montem supra, perindè (ac si dixsset) cum vel eminùs sitis omnibus conspicui (pyramidis instar faberrimæ, ceu illuminantis supra candelabrum lucernæ) summa vobis incumbit necessitas, vt quorumcunque confluentium tam ad imitandum oculis, quàm ad instituendum

Luc. 10.

Mat. 5. & 10.

auribus, (omni ex parte) deſeruiatis. *Exijt ſeminator &c.* de practico præcone, ait Chriſtus propalàm, & parabolicè, *Luc.*8. Verùm provt qui auſpicatò ſeminat, ſemina priùs proprijs manibus contrectat: ita ad captandos alioquin indociles auditores, priùs præſtitiſſe, & poſtmodum præſcripſiſſe, quàm non dedecet (quãtumuis talpâ cæcior) quis non videt? Sicuti enim Chirographa regiâ nullâ circumuallantur authoritate, niſi regium appendatur ſigillum, ita Caduceatores regij qui concionantur (licèt celeberimè) ſigillo interim excuſſo vitę bene moratæ (quod aiunt) piſcantur in aere. *Quaſi tuba, eleua, ſeu exalta vocem tuam*, dixit Dominus per *Eſaiam* cap.58. Non leonis, non tonitrus, ſed *(Tubæ inſtar)* ait, quæ priùs manu ſuſcipitur, quàm ori tibicinis apponitur, ad innuendum, *eum noſſe veraciter loqui, qui prius facere didicit bene* iuxta *Gregorium Homil.*11. & *actionis validiorem quam oris eſſe vocem*, vti ait Bernardus ſerm. 59. ſuper Canti. cuius monſtrum obiter intueri volupe erit, quod (ſuo more) in lib.1. de conſideratione (quamlibet formidoloſe) eleganter tamen finxit & facætè, *monſtroſa res eſt gradus ſummus, & animus infimus, ſedes prima, & vita ima, lingua magniloqua, & manus otioſa, ſermo multus, & fructus nullus, vultus grauis, & actus leuis, ingens authoritas, & nutans ſtabilitas.* Cũ ædificat vel digerit vnus, deſtruit autem & diſſipat alius, quid niſi labor? *inquit Eccleſ.cap.*34. *vos eſtis ſal terræ*, *Mat.*5. Sic primæuos ſui profeſſorculos ſapidiſſimè affatur Chriſtus

Luc. 8.

Greg.Hom.11, Ber.Ser.59 ſuper Cant.li.1 de conſid.

Eccleſ.34. Math.5.

Christus,vbi eos occultè docet, & quasi ab incunabulis catechisat, doctrinam suam innocentiâ morum(tanquam sale quodam ne palato sit insipida) esse condiendam. Sicut enim per salem ab *Elizeo* immissum, amaritudo aquarum conuertitur in dulcedinem; ita salutari verbi professoris exemplo, dulcescit sua quæuis oratio, cuius vita si linguæ concinat, erit instar labij illius ænei simul cum sua basi sustẽtante *Exo.*27. Deficit illicò lux naturalis,si Exod.27. oleo destituatur lampas; ita nos offuscamur,& tenebrescimus, qui mundi sumus lux(vt ita loquar)supernaturalis, si vitæ sanctimoniâ, non grandescimus,non corruscamus. Quo consilio 1. ad *Cor* 9.vinitori,boui,trituratori,militi, 1 Cor.9. pastori, nos coaceruatim (qui in Ecclesia rerum potimur) assimilat *Paulus*: nonnè vt nobis (qui fluxæ memoriæ sumus) titulo satis congruo(quasi robustiori quodam brachio)insculperet,quod in praxi puppim & proram (vt aiunt) nostræ religionis ponere oporteat? ne retorqueatur in nostri ruborẽ, neue redundet in aliorũ ruinam & relapsũ,illud prouerbiale,*Cura teipsum medice*; tu qui doces alium,teipsum non doces? *Nehemiæ* 4. Cum Hierosolymam Nehe.4. pessundatam, & solo adæquatã, olim Palæstinæ Metropolim, Iudæorum superstites (Deo auspice) reconcinnare attentarent (militum instar) vnâ manu gladium, (artificum instar) alterâ operandi organum prensârunt. Modo pari qui Dei magnalia decantabunt (si auscultantes captare impensè velint) dextram anci-

piti gladio verbi, ſicut ad Hæb. 4. ſiniſtram verò defæcatæ morum integritati admoueant, eſt neceſſe. Sicuti enim menſe Decembris, Noruegiæ incolas radij ſolares illuminant paululum, calefaciunt autem ne vel minimùm: ita quotquot aliorum auribus onus modò obeundum, & ſarcinam portandam inſonant, eidemque ſuum non ſupponunt dorſum, (dum ſuæ ſalutis improuidi ſtertunt) viam quaſi ad virtutem ſternunt, ſed illàc ad in-ambulandum alios conſopitos, ne vel tantillum excitant aut accendunt; imò aſtantibus illis erunt non lucro vlli, ſed ludibrio, cum (tanquam auiculæ loquaces) nihil humanum, neue diuinum redolentes, voces tantũ aſſimilant humanas. Cum *Iſaac* enimuerò (præ ſenio) deſipiente, (quaſi quodam præiudicio faſcinati) exclamabunt auditores, *Vox (mi fili) vox* Iacob, *manus autem manus* Eſau; tantum abeſt vt ſatyricè dicant, ecce concionatur vulpes, nonne interim periclitantur anſeres? ſi enim in æſtate tonuerit vehementiùs, quam fulſerit, iuxta *Plinium*, ventos denunciat; ita cum quis in aliorum vitia acriùs intonat, ſi interim ipſe morũ cãdore nõ emineat, indiciũ eſt ambitioſi, magis quã verè pij. Scitè itaq; Menander ἔργοις φιλοπόνος ἴθι μυλογοις μόνον *Operibus laborioſus ſis, non ſermonibus ſolum.* *Moſes* virgam dum manu ſua comprimeret, en, virga eſſe nõ deſijt; eadẽ autem, & nõ alia, cũ è manu in terrã proijceretur virga, de repentè in anguẽ eſt cõuerſa: ita prẹconũ doctrina (ſi eandẽ manu ſuâ præſtiterint) recta erit, ſibi ſẽper ſimilis,

Geneſ. 27.

Plinius.

Menander.

&

& mirè fructificās: ſin minùs, in oculi momẽto (quod auertat Deus) fiet ſerpẽs, vtrinq; læthalis Sapiat itaq; illud Socraticum, non tam linguâ, quàm moribus philoſophandũ. Et iuxta ſapiat illud Solonicum: Præſes, qui ſe prius, quàm populum non corripit, vmbram quaſi curuam rectificare ſatagit, cum interim virgulam, cui vmbra correſpondet, curuatam non corrigat. Quare eſt amplectendum illud cum primis *Platonicum, lib. 5. de legibus. Iuuentutis ſcilicet ad virtutem aſſuefactionem eſſe optimam, non monere plurima, ſed vna facere eadem, quæ monueris alium.* Atteſtatur Seneca, *Ex moribus, quam ex verbis Socraticis plus frugis traxiſſe ſapientes.* Alibi ſic cõſulit: *Mores primum, mox ſapientiam diſce, quæ ſine moribus male diſcitur.* Vnde Beda de templo Salomonis: *Non Sanctuarium domino, ſed ruinã ſibi ædificant, qui docere alios regulam, quam ipſi non didicere, conantur.* Si enim orator ſõlus ſit apud veteres vir bonus, & dicendi peritus, ô vir, quàm bonus debet eſſe theologus? nonne ex bono melior, & ex meliori optimus? Domus & conuerſatio Epiſcopi (quaſi in ſpeculo poſita) publicæ eſt diſciplinæ magiſtra, iuxta Hieronimum; *Lux gregis eſt flamma paſtoris*, ait Greg. in Reg. Imò, ſicut volantia animalia ſeſe viciſſim alis ſuis feriunt; ita præcones, pietate inſignes, populum ſuũ vitæ exemplo (quaſi alis quibuſdam) percutientes, ad alternas præſtandum vices mirè ſuccendunt. *Diſpenſator Euangelicus*, ait Origenes, *ſeipſum primo immolet, ſe primum vitijs iugulet, & ſua prius peccato*

Socrates.

Plato.

Seneca.

Beda.

Gregorius.

Origenes.

*membra mortificet, quo non ſolum doctrina, ſed & vitæ exemplo diſcipulorũ ſalutẽ oblationem ſuam faciat Deo acceptam. Pontifex Dei veritatem mente concipiat, eamq; toto habitu, & ornatu reſonet,* ait Hieronimus; *Ordo pulcherrimus eſt, atque adeo ſaluberrimus, vt onus (quod portandum imponis) ipſe prior portes,* inquit Bernardus, *Validiora enim ſunt exempla, quam verba, & plenius opere, quam voce docetur,* ait Leo. Vnde Amb. ſuper Pſalm. 118. *Antea vita, poſtea doctrina quærenda eſt. Beatus qui fecerit, & docuerit,* inquit Chriſtus: Tibia & Pſalteriũ ſuauem faciunt melodiam, facere autem, & vnà docere, ecce quàm ſuaue, quam conſonum, & ſalutare. Hæc ipſiſſima fuit harmonia Paulina, 1. ad *Cor. 9. Caſtigo corpus meum, &c.* àd quem tenorem ſecum ſuum allicit Timotheum, 1. Epiſt. 4. cap. *In ſermone in conuerſatione, eſto forma fidelium,* & in 2. ad Timoth. *Stude teipſum probatum exhibere Deo operarium, non erubeſcendum;* ad Titum 2. *Super omnia teipſum præbe formam bonorũ operum cum incorrupta doctrina, grauitate, integritate,* 1. Epi. c. 5. *Paſcite Chriſti gregem* (inquit Petrus) ſed ita Paſcite, *vt ſitis exemplaria gregis, & cum apparuerit paſtorũ princeps, reportabitis immarceſſibilẽ ſeu amarantinam gloriæ coronam.* Sicut enim Deus, Leuitici. 11. omnia promiſcuè animalia deputat immunda, quotquot non ruminarent, & vngulas ſimul diuiderent; ita Chriſtus vnus idemque Deus, Math. 23, Scribas & Phariſæos (tanquam impuros Hierophantas) coram ſuis, cum extenuat, tum fere exterminat; *Dicunt* (inquit)

Hieronimus.

Bernardus.

Ambr. in Pſal. 118.

1. Cor. 9.

1. Tim. 4.

2 Tim. 2.

Titus 2.

1 Pet. 5.

Leuit. 11.

Math. 23.

&

*& non faciunt.* Quod perinde est ac si dixisset, Ruminant, sed vngulas non diuidũt: Facessant itaque. Huiusmodi hypocritas dupliciter iniquos taxat Deus, Deus (inquã) viæ, vitæ, & veritatis Psalm. 50. *Quare tu narras iustitias meas? &c.* Sicut enim Alexander magnus inhibuit, quò minùs quis (præter Apellem) se pingeret, præter Lysippũ, ære se fingeret, aut (Pyrgotelẽ præter) gẽmis se insculperet: ita verbũ Dei non à quibusuis, sed à vitæ integris tractari oportet. Qui enim (oretenus) sunt religiosi professores, semper in peius vergunt, & dum obrigent, tandem manu Dei male pereunt (instar ficulneæ, cui maledixit Iesus ferentis folia, non fructus) *Mar.* 11. In ostio enim formosi ἐν θύρᾳ, (quod aiunt) καλοί, quî alijs subseruire possunt, cum sibi nequicquam sapiant? quî fieri potest, vt qui in salutis suæ negotio stertũt, tepescunt, atque adeò frigent, alios accendant seu tantillum calefaciant? Si ægrotanti accedat ægrotus; si carboni extincto adijciatur carbo extinctus; vel si cæco præficiatur cæcus; quid proficiet alteruter? quid (inquam) præter mortem, cinerem, fumum, foueam? si verò morbido sanus, carboni extincto ignitus, & si cæco accedat oculeus; quid pristinam valetudinem præter, natiuum calorem & regiam viam? Ita quotquot male se habent, si ad præconem malè moratum confluant, redeunt κάθιοι potiùs quàm cœlestis Ethicæ compotes; sicubi autem theologos consulant vitæ integros, en candidati pietatis excedunt, en qua- Marc. 11

si

si cicurantur, vel mirè manſueſcunt. *Petrus* dum eſſet timidus tergiuerſator,,& tepidus, per totam quaſi noctem piſcatus, vel perpaucos, vel planè nullos cepit piſciculos; in die autem Pentecoſtis, ignito ſpiritus feruore ſuccenſus, ecce, ſemèl laxando rete (vnicâ nimirùm habitâ concione) capiuntur (inſtar piſcium) & accenduntur (inſtar carbonum) tria vel circiter hominum millia, adeo vt dicamus de Petro, quod & Pſaltes dixit (exulante Petriolo) de ſummo paſtore Chriſto; *A facie eius exarſit ignis, & ab eo accenduntur carbones.* Pſal. 18. Omnium quibus veſcimur ciborum ignis & eſt, & habetur condimentum; ita zelus ignitus immaculatæ vitæ nutricius, ſalit & condit omnia (quæ facimus) alioquin inſipida. Ad hoc cũprimis innuendum, Deus (accenſo carbone) aduſſit labia *Eſaiæ*, cap. 6. Cuius etiam iuſſu mons Sinai conflagrauit &, ſubinde vox tubæ aera perculit. *Exod.* 19. ad inſinuandum, domus Dei zelum, & caſtam morum innocentiã terribili ſono tubæ, & verbi harmoniæ præire oportere. Sicut enim faciliùs quæ volueris, gemmis inſculpes, ſi terrebra ferueat; ita magis populum flexeris, ſi non ſolum acriter dicas, ſed ferueas. Cum ſis ipſe pedeſter ineptus: quî vel alijs addere alas, vel ipſe cœlum aduolare potes? quamuis enim cum priuatus ſis, cicatrices & peccata tua (qualiacunque) enormia (quaſi in manu, ceu in pede, quędam notæ & næui) occultantur vel facilimè: cum ſis tamen præco publicus, ſi quando claudica-

Pſalm. 18.

Eſa. 6.

dicaueris, aut deflexeris, errata tua (tanquam ori inusta stigmata) alijs vel in exemplum patefiunt, vel in scandalum; ad quem scopulum vulgares fidem suam allidentes, non apostatare, & in peius non corruere non possunt, nisi (apum instar) flores, non herbas carpant. Vnde pereleganter super *Ioannem, Aug. Doctrina per malos, cum sit in sepe palmes, & inter spinas botrus, caute eam legas & audias, ne (dum fructum quæris) manum laceres, & cum audieris bona dicentem, ne imiteris mala facientem.* Ac si dixisset, ne πίορυτος fias πίορθοντός. Huic noxæ (quò strenuè obuiàm irẽt cordati Lacedæmonij,) cùm Demosthenes quidam coepulonus vafer, & nefarius, prodiret author percelebris, & sententiæ cuiusdam salutaris, eandem heroi (quem à senatu consulto selegebant) candido satis & integro ascripserunt, eo (vtputâ) consilio, vt pluris eius sermonis vbiq; esset authoritas: perdit enim (vti ait *Hieronimus*) authoritatem docendi, cuius sermo destruitur opere, iuxta *Augustinum* de 12. gradibus humilitatis: *Nunquam fit efficax prædicantis authoritas, nisi eâ affectu operis cordi affixerit audientis. Aliud siquidem est, præstare quod debemus, & dicimus, aliud debere & dicere quod non præstamus.* Hoc Diui Gregorij conscientiæ mirabile cauteriũ inussit, in fine Pastoral: de seipso sic loquentis: *Vsurpaui mihi* (inquit) *cotis officium, qui ferrum reddit acutum, cum sit inutilis ad secandum. Pulchrum depinxi hominem pictor fædus, alioq; redigo ad perfectionis littus, qui adhuc versor in delictorum fluctibus.* Ex eiusmodi euanido

Demosthenes.

Hieron. Augustinus.

Gregorius.

prætextu piæ fit profeſſionis, (quo ipſi multò magis, quam *Greg.* laboramus) vt quos in viam regiam reduceremus, in deuia quæq; impellamus. Si quid enim (qui foris ſunt) in moribus noſtris fluxũ ſentiant, cum quadam nauſeâ, & faſtidio nos denuò exaudientes, ſtatim iugum abijcere atque adeo recalcitrare non grauantur: *Non cadentis eſt currere, aut incompoſiti componere, aut parere neſcij, imperare*, vt eſt apud *Plutarchum*. Quâ libertate peccantem corripere poteſt Eccleſiæ præſes, cũ tacitus ipſe ſibi reſpondeat, eadem ſe admiſiſſe quæ taxat? *Aut quomodo ſanctum ſacrilegus faciet?* ait Hieron. Quare manſuetus, qui ſupercilioſum, pacificus, qui implacabilem, candidus, qui conſcium, & diſſolutum, caſtus, qui impudicum, beneficus, qui illiberalem, cordatus, qui improuidum, immobilis, qui vértiginoſum, impiger, qui ſocordem, & impeccabilis fere, qui peccantem, is incedat oportet, qui cohortatur vt reſipiſcat: alioquin, cum preuaricator ſit potius, quàm prædicator (infrugiferæ arboris & prepinguis inſtar ſegetis) abſque vllo fructu, aut tritico, luxuriabit ſua (quantumuis ſana, ſimplex, & celebris) oratio: imò non duntaxat obſtrependo non proficiet, ſed ſuo exemplari impio alios conſauciabit, ſeducet, conſcelerabit. Sicuti enim validioribus morbis (vitiato capite) corpus reliquum inundatione ſuperioris morbi irrigatur: ita concionator (qui tanquam caput eſt Eccleſiæ) morbo ſuo peſtifero vitiat corpus fraternum, vt nihil ex totius eius corporis

*Plutarchus.*

*Hieronymus.*

poris compage posſit euadere insauciatum, iuxta *Ambr. lib. 1. de dignitate Sacerdotali cap.* 5. vel sicut cœli sydera, si quando oberrent & subsistant, tendit id in summã corporum inferiorum perniciem: ita pręconum vita nequam mirè suum coinquinat populum. Si corrumpatur vinum, sapidum fiet acetum: si atteratur bombycina vestis, ex ea deinde excudetur calceus: si nobilis (forsan) claudicet equus, proderit nihilominùs cisternæ rotæ alligatus: si intereat Elephas, ecce ossium eius non vulgaris erit vsus: præcone autem frigente, seu in vitæ cursu stertente, quasi sale non saliente, nil deterius, nil tetrius aut execratius. Quales erãt virgæ, quas *Iacob* (dum pastor esset) ouibus suis posuit ob oculos, eiusmodi illæ conceperũt agnos: ita qualisqualis vita præconis, talis erit & sui gregis. Erugium herbam si vni capræ inseras, cum ipsa sistitur, tum omnes pleræque consistunt, donec eam pastor eximat: ita præsidis cuiuscunque mores (occultâ quadam vi) in populum transfunduntur. Præcedente columnâ, rectà populus processit Israeliticus; eadem autẽ cùm staret denuò, quieuit et congregatio. *Exo.* 13. Ita nutu, ac renutu practici cuiusuis præfecti fiunt omnia suos apud subditos, & sequaces. Hoc consilio præcepit Deus *Numer.* 10. vt populi duces ad primum tubarum sonum prodirent in aciem; quò eos subinde (tanquam præcursores) insequeretur promiscuæ multitudinis affluxus: Eamus enim, non ite, (quotuscunque dixerit) oppidò

*Amb. lib. 1. de dignitate Sacerdotali.*

Exod. 13.

Numer. 10.

ille populo ſuo adlubeſcit. Quare vt piſcatio noſtra Euangelica ad capturã tendat auſpicatiùs, vt noſtra (inquam) theologia validiùs influat, efficacius alliciat, tenaciùs adhæreat, fæcundiùs pullulet & fructificet, & expeditiùs ad fœlicem pertingat exitum, nomen congruat actioni, actio reſpondeat nomini; ne ſit honor ſublimis, & vita deformis, ne locutionem ſimulemus columbinam, & mentem habeamus caninam, ne profeſſionem ouinam, & ferocitatem lupinam, iuxta *Ambroſ. in Lib. de dignitate Sacerdotali. Cap.* 3. Nullatenùs ſimus compares otioſis monoſyllabis cœmentariorum magiſtris, qui nihil agunt, tantùm imperant: ſed ſimus inſtar puerorum, facibus incenſis euntibus noctu pręcedentium, vel potiùs inſtar præcurſorum, quorum paſſibus & veſtigijs ſubditi & ſequaces noſtri inſiſtentes, ad perpetuum in pietatis ſtadio curſum, accingant ſe alacriùs, ſolidiùs, enixius: quod cum in noſtri ſalutem, tum in eius gloriam, vt non illibenter omnes (vltrò citròq;) præſtemus, faxit Deus optimus maximus.

*Amb. l. de dignitate ſacerdot. c. 3.*

Sed cum præconũ, ſicut & piſcatorũ, conatus omnis ſit parùm proficuus, ni auditores (ſicut & piſces) gregatim cõnatent, ſeu confluant ad capturam, iuxta Auguſtinum *ſuper* Ioannẽ, *ſermo Dei fidelibus debet eſſe, tanquam piſci hamus, capit quando capitur*, (quod ad hoc attinet) iam vel vnico auſcultate verbo. Sicut in reciproco ſphæræ ludo, vnius eſt cõmodè emittere, alterius eam ſcitè, & neruoſè excipere; vel in con-

*Auguſtinus in Ioannem.*

uiuijs,

uiuijs, vt inuitatoris eſt, apponere epulas, cõuiuæ autem gratanter veſci appoſitis; non aliâs ſe res habet inter præconem & populum, vndè *Ambroſius* ſerm. 78. *Rationem daturi ſumus qualiter vel prædicatio noſtra proficiat, vel obedientia veſtra fructificet, in cuiuſcunque aures vox ſancta peruenerit, aut beatus erit deuotione, aut reus conteſtatione.* Amb. ſerm. 78. Hieronimus ait. *Oportet epiſcopum ſine intermiſſione Eccleſiam docere, eamq; prudenter regere, & illa viciſsim cum tanta reuerentia eius doctrinam ſuſcipere debet, eumq; adeo diligere, vt legatum Dei, & præconẽ veritatis.* Idem inſinuat *Paulus ad Hebræos* 13. *Parete hijs qui præſunt vobis, & concedite, ſiquidẽ illi vigilant pro animabus veſtris, tanquam rationẽ reddituri, vt cũ gaudio hoc faciant, & non gementes: id enim eſt inutile vobis Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei.* Eccleſ. 5. *Sit omnis homo velox ad audiendum, in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum quod poteſt ſaluare animas veſtras.* Iacobi. 1. ſalutare eloquium, & ſacroſanctum hoc Dei oraculum cum plebeij, tum reges & ſatrapæ (flexo demiſsè genu) olim amplexati ſunt, *Eglon* rex *Moab* (vt primùm vafrè dixiſſet) Ehud, *verbum Dei habeo ad te*, ſtatim de ſuo, (licèt inauſpicatò) ſurrexit throno, *Iud.* 3. Ad pręconiũ *Ionæ*, rex *Niniuæ* ſurrexit etiã de ſolio ſuo, & ſedit in cinere indutus ſacco. *Ionæ.* 3. *Herodes Tetrarcha*, non ſolùm Baptiſtam metuit, ſed eum non illibenter audiuit, *Marci. 6.* de mane vſq; ad mediam noctem de libro legis *Eſdram* auſcultauit populus 2. *Eſdr.* 8. Maria Chriſti pedibus aſſidens iugiter imbibit verbum eius,

Hebr 13. Eccleſ. 5. Iaco. 1. Iudic. 3. Ionæ. 3. Mar. 6. Eſdr. 8

Luc.10. Act.16. *Luc.* 10. Sic olim *Lydia* purpuraria *Paulũ. Act.* 16. & multa deſuper hominum millia auſcultàrũt

Act.10. *Petrum Act.* 10. donec ſpiritus appulſu (accedente verbo) captarentur (quaſi quodam verriculo.) Horum veſtigijs inſiſtens, quis in hac poſtremâ (ni fallor) mundi tragædiâ, religioſo dicit cum *Samuele. Loquere Domine quia audit ſeruus tuus?* 1. *Reg.* 3. Aut quis cũ corde, cõpunctis, *Quid faciemus, viri & fratres Act?* 2. qùis cum *Agrippa* rege, *In modico ſuades me Chriſtianum fieri? Act*, 26. aut quis cnm Athenienſibus nouitatis (vt aiunt) auidis, *Audiemus de te hoc iterum Paule? Act.* 17. quis cum ſalare è mari ſalſo in fluuiũ hũc dulcẽ immigrabit? quis eũ delphine ad huius tubæ ſonum (tanquàm ad ſymphoniã) ſaltabit? aut quis cum *Petro* ad hunc galli-cantũ congemiſcet? mediùs fidius, ex mille vix vnus.

1. Reg. 3. Act. 26. Act. 17.

Heredotus. Quis inquã vel illud *Herodoti Hiſtoriarum* lib. 7. *Idem (o rex) meo quidem iudicio, eſſe videtur, vel ingenio ſapere ſuo, vel recte dicenti obtemperare:* Vel illud Ariſtonimi: *Nauigando gubernatori auſcultandum eſt, viuendo illi qui plus ratione valet:* Vel illud *Heſiodi, Bonus & ille eſt, qui recte dicẽti paret:* Vel quis illud Chriſti doctoris ſummi (tanquã vnguentũ pretioſũ in pixide) in intimâ cordis aure concluſerit, *Beati qui audiunt verbũ Dei, atq; idem cuſtodiunt. Luc.* 11. Quis didicit ad vnguẽ triplicẽ illã (iuxta *Boetium*) de diſciplinâ ſcholaſticâ diſcipuli ſubiectionẽ?) attentionẽ ſcilicet, docilitatem, & beneuolentiam) vt intentus ſit ad audiendum, docilis ad intelligendum, & beneuolus ad retinendum, adeo vt cum Pſalmiſta

Heſiodus. Luc. 11.

dicat

dicat Psal.118. *In corde meo abscondi eloquia tua,* Psal.118.
*Domine, vt non peccem tibi.* Non siui cum Maria *Lucæ.2.* vt in meam perniciem, ex memoria vnquam effluant illa per incuriam. Quid enim cibus in stomachum traiectus proficit, si reuomatur, priusquàm vim suam exerat? quid prodest audire, si non retineamus, vel retinere, si opere non cõpleamus? nonne ijs qui vultum suũ in speculo intuentur, erimus compares, quos pulchrè depinxit *Iacobus*; vel terræ petrosæ, seu spinis obsitæ, quam luculentèr descripsit Christus? huiusmodi spinas, si cæleste verbum auribus purgatis imbiberimus, Dominus tandem comburere, peræquè & *Petras* tanquam malleo quodam emollire pollicetur, in *Ezechielis 16. auferam a vobis lapideum, & dabo cor carneũ.* Ezech.16.
Hanc autem gratiam perplurimi oblatam respuũt, qui sicut noctuæ, & vespertiliones auersantur lumen solis, ita contra salutares conciones, suas obserant, & obturant aures, imò potiùs surdescunt prorsùs (instar hominum ea Nyli loca incolentium, quæ catadupa, vel cataractæ vulgo dicuntur) qui per nimium fluuij se præcipitantis fragorem (auditu obstupente) natiuã contrahunt surditatem: vel desipiunt, (instar Israelitarum) qui Manna fastidientes, affectârunt allia, & cepas Aegyptias, adeò (vt omni sine rubore) exclamarint *Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo.* Extant (inquam) nonnulli, quibus documenta superna adeò sunt insipida, vt si quis verè theologus, vel pauliſper immoratur, abeant statim, quasi destomachantes

machantes in eius redundantiã, atq; illicò non ſecus è templo exiliunt, quàm ſi vel læthalem tecti ruinam, vel lapidis improuiſum decidẽtis ictũ pertimerent, adeò vt (quantumuis laxatâ duplici ſagenâ noſtrâ) non ad menſam vitę perennis, ſed ad coquinam perpetuæ mortis ſe captari, ſeu inuolui vnquã permiſerint. Horum ſimiles nullatenùs nos ſimus, ſed ſicut canoræ & auſpicatæ aues mane auroram aduentantem garritu ſuo, & ſtrepitu iocundo excipiunt: ita & nos, non toruo, ſed ſereno vultu, non ſurdâ, ſed intentâ aure, non illibenter, ſed ſummo cum applauſu, præconum ſermones non ſolùm amplexemur, ſed (quo citiùs in Chriſto grandeſcamus) eoſdem cũ primis in viſcera noſtra traijciamus; quod vt ritè præſtemus, Dominus Deus nobis ferat ſuppetias, cui aſcribatur honor omnis, gloria, & Dominium in ſęcula ſęculorum.

*Amen.*

FINIS.